



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Alia, eiusdem generis. xi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Alia Precatio, homini in periculo mortis constituto, & intra conscientiam suam anxio: veniamq; peccatorum humiliter flagitanti, & ad Dei misericordiam prouocanti, recitanda.

CAPVT

X.
Thomas
Kemp.
Lucz 15.

Domine Deus, sancte pater, peccavi in calum & coram te: & nō sum dignus vocari filius tuus. Sed pater mi, fac me sicut unum de mercenariis tuis. Iuste agis, si prouocis me à facie tua: sed misericorditer facis, indignum omni beneficio recipiendo. In hac confisus misericordia, procido ad pedes tuos, lachrymas fundo, vestigia tua adoro & osculor, te deprecans humili & contrito corde. Respice misericors Deus super canē mortuum, & pulicem unum. Pretende misericordiam tuā scientibus te: da dexteram tuā profugo seruo tuo. Ne irasca- ris Domine Deus in perpetuum, super malignitate ser- uū tui: sed vniuersę multitudinis misericordia à seculo recorderis, & sis placabilis super seruum tuum. Exaudi Dñe hanc petitionem meā, quam fundit seruus tuus co- ram te, genua flectens ante omnipotentiam tuam: ado- rans super terram vultus glorię tuę: quia stultē egi, & insipienter nimis, multoties offendens Maiestatem tuam: non veritus thronum regni tui. Dimitte obsecro omnem noxam seruo tuo, & ne deleas nomen meum de libro viuentium: sed in electorum tuorum numero me scribere digneris: vt inueniar in gloriam & laudem nominis tui. Amen.

Dan. 3.
1. Reg. 24.
Psal. 35.

Psal. 24.

Alia, eiusdem generis.

CAPVT
XI.

Rex mitissime, qui per Ezechielem prophetam asse- ris, te nolle mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: miserere mei, in summa miseria te misericor- dia fontem imploratis. Multa sunt peccata mea fateor, sed

sed cum apud te sit misericordia & copiosa redemptio,
non spernas deprecationem pauperis: ad te velut agro-
tus ad medicum suspiro, misericordiam implorans, ac
pro peccatis veniam postulans. Sana me Domine, & sa-
nabor. Serua hac pacta, quae promissisti, inuiolata. Dixi-
sti enim: Ecce dies veniunt, & seruiam domui Israel &
domui Iuda foedus nouum: PROPITIABOR INIQUITA-
TI EORVM, & PECCATI EORVM NON MEMORA-
BOR AMPLIUS. Exaudi poenitentem: quem ut res-
piceret, misericorditer expectasti. Ne intres in iudi-
cium cum seruo tuo: sed de morte fac transire ad im-
mortalitatis gloriam. Per Iesum Christum filium tuum
D. N. Amen.

Exercitium, quo aegrotus suspiriis & gemitibus
(quando aliud vix potest) Deo se resignet, at-
que ut eidem coniungatur, feruenter desideret.
Auctore Ioan. Lantspergio Carthuf.

O Amator fidelissime, misericordissime Domine Ie- **CAPVT**
su Christe, da mihi ut ex corde & animo sentiam **XII.**
quod dico: Quemadmodum desiderat cervinus ad fontes **Psal. 41.**
aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. **Psal. 83.**
Elegi desertum esse in domo Dei mei: magis quam habitare in
tabernaculis peccatorum. Beati qui habitant in domo **Psal. 41.**
tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Sitinit
anima mea ad te Deus: quando veniam & apparebo
ante faciem tuam? Quare tristis es anima mea, & quare
conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
tibi: salutare vultus mei & Deus meus. **Psal. 30.**
Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me
fac in misericordia tua. Domine non confundar, quo-
niam inuocaui te. Deus ne elongeris a me: Deus meus **Psal. 70.**
auxilium meum respice. Tibi derelictus est pauper:
orphano